



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 118. Volsæi caussa in Regis Senatu dijudicata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1529.

§. CXVIII.

*Volsæi caussa in Regis Senatu  
dijudicata.*

*Milord Herbert vie Es  
hist. du regne  
de Henri  
VIII.  
Burnet hist.  
ref. tom. I.  
p. 116.  
Le Grand  
hist. du di-  
voice tom. I.  
p. 162.*

Igitur die tertia Novembris Senatus primo Londini congregatur, postea vero eodem Mense Westmonasterium transfertur, ubi Volsæi hostes totis viribus in id incumbabant, ut eum omnino pessumdarent. Præprimis supremi Senatus Curia adversus Cardinalem quadraginta quatuor accusationum capita produxit. Ceterum valde notatu dignum est, in nullo ex hisce articulis Volsæum accusari, quod edictum: *Præmunire* transgressus, aut Legati a latere officio absque speciali Regis consensu functus fuerit; id autem ideo factum, quia Regis assensum accessisse, neminem latere poterat. Præcipue vero suprema Curia Cardinali objecerat, quatenus ad exercenda Legationis suæ munia admissus Sacramenti Religione sese obstrinxisset, quod nunquam Legati potestate abuti vellet, nihilominus contra datam fidem auctoritate, quam ei Cancellarii auctoritas tribuebat, tyrannico prorsus modo usus fuisset, sibi quæ æqualem cum Rege potestatem in variis occasionibus arrogasset, eoque inscio sæpe jussa dedisset, ac denique in pluribus

ribus casibus pro summo imperio Regni Sæcul. XVI.  
 res administrasset, perinde ac si non Mi- A. C. 1529.  
 nistri sed ipsiusmet Regis personam ge-  
 reret. Eiusdem quoque conditionis ce-  
 teri erant articuli, omnesque specta-  
 bant immoderatam agendi rationem,  
 qua Legati, Cancellarii necnon supre-  
 mi Ministri officiis abutebatur, favorem-  
 que, quo apud Regem plurimum vale-  
 bat, perperam in rem suam vertisse ar-  
 guebatur. Denique cum ad ferendam  
 sententiam inferioris quoque Curix Suf-  
 fragium requireretur, hinc eadem ac-  
 cusationum capita ad hoc tribunal de-  
 ferebantur, adjecta comminatione,  
 quod Volsæus ibidem nulla mora tan-  
 quam læsæ Majestatis reus damnandus  
 esset. Verum Thomas Cromwellus hu-  
 jus tribunalis membrum, cum Cardinali  
 ab obsequiis esset, Domini sui causam  
 tanta dexteritate animique constantia  
 defendit, ut illum hac saltem vice non  
 modo a periculo vitæ eximeret, sed ip-  
 sus etiam hac sua integritate Regis ani-  
 mum captaret, atque ab illo temporis  
 articulo magni haberi inciperet.

## §. CXIX.

*Ludovicus Berquinus ad rogam dam-  
 natus, atque in Foro Parisiensi  
 combustus.*

Jam anno Domini millesimo quingen-  
 R r 5 teli-